



THEODORI DASSOVII,
PROF. PUBL.
ORATIO
AD EXEQVIATORES.

Sab immortalitate subdu-
ctum corpus beatissimi SCHNEIDERI no-
stri, & eam mentem, quæ duraturâ illud glo-
riâ possedit, accedere ad morientem oleam
affirmem; non pauca dixero, quæ Viri incomparabilis memo-
riam, meritaq; in Academiam gravissima, & decus doctrinæ
luculentum repetant.

Atq; ut ordiarde literis, quibus sacram esse oleam conten-
dunt, utpote Minervæ caram, ceu *Phædrus* annotat; natus o-
mninò ad literarum incrementa SCHNEIDERUS erat; ita à
naturâ factus, ut & insvetâ felicitate ingenii doctrinam pre-
henderet, teneretq; constanter, ac usu perficeret, antequam
ætatis robore, quo alii nituntur, adjuvaretur. Neq; enim so-
lùm humanitatis capita emensus jam anno octavo erat deci-
mo, ut dignum judicarent Jenenses Patres, qui publicè Philo-
sophiam tueretur, tuendiq; facultatem summa consensio-
ne animorum darent: sed & eam brevi tempore consequeba-
tur artis Medicæ scientiam, ut & herbarum vires exponeret,
& ignibus naturæ arcana rimaretur, & in sectione corporum
summo Viro VVERNERO ROLFINCKIO incredibili dex-
teritate animi succederet. Unde eruditi de benè posita illius
opera rectissime senserunt, ac exasciatâ supergressum esse scien-
tiâ ætatem, amoresq; & ornamenta bonorum omnium mere-
ri, ut ut adhucdum esset adolescentior, testati sunt. (1.)

Sed quemadmodum olea in locis exteris, sive caleant quo-
dammodo, sive frigeant, amœnior succrescit, si *Columelle* &
Pli- (2.)

O Pli-